



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 86. Mauritius Elector Oenipontum ingressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

cipe, ac cum Protestantibus suas vires Sæcul. XVI.
jungere, Cæsaremque bello opprimere A.C. 1552.
vellent. Attamen Respublica vix non
Carolum Cæsarem Villacum adventasse
compererat, cum illico Dominicum
Morosinum, qui apud Cæsarem legatio-
ne fungebatur, ablegaret, dato nego-
tio, ut Imperatori urbem, quamcun-
que intra Reipublicæ fines pro suo re-
ceptaculo possidere vellet, offerret, ei-
demque fidem faceret, quod respublica
omnes suas vires, conatusque ad tuen-
dam Majestatem suam impendere, ejus-
que gloriam non minus, quam propriam
toto studio propugnare parata esset. Hoc
obsequii genus Cæsar non sine animi sui
lætitia exceptit, eodemque momento No-
bilem Virum ablegavit, qui huic Rei-
publicæ grates rependeret.

§. LXXXVI.

Mauritius Elector Oenipontum in- gressus.

Altera post Caroli discessum die Mau- *Thu. l. 10.*
ritius Elector Oenipontum ingressus *p. 300.*
duntaxat Ferdinandi Romanorum Re-
gis, quem velut amicum habebat, sup-
pellectilem intactam reliquit, cetera
vero omnia, ad Cæsarem, ejusque
Aulicos, necnon ad Augustanum Car-
dinalem, quem Fœderati summo odio
Cc 3 in-

Sæc. XVI. insectabantur , pertinentia militum suo-
A.C. 1552. rum deprædationi permisit. Insuper ci-
vibus injuriam quovis pacto inferri , vel
eorum bona diripi severe prohibebat;
quippe ab aliis credi gestiebat , quod
nullatenus divitias corradendi studio,
sed unice oppressos sublevandi deside-
rio incitatus arma sumpsisset. Ceterum
Imperator in tuto positus eo unice cu-
ras intendit , ut summa , qua posset,
celeritate circa Alpes copias suas con-
traheret , ac non modo hostium suo-
rum progressibus valide fese opponere,
sed etiam Catholicorum partes strenue
defendere valeret , quamdiu Passavien-
sis conventus ad vigesimam sextam Maii
diem indictus perduraret.

§. LXXXVII.
*Franciæ Rex bellum adversus Cæ-
rem exorsus.*

Cum interea Fœderati Protestantes in
Germania tanto furore Cæsarem de-
bellarent . Galliarum Rex , ut fœderi
cum eis inito satisfaceret , bellum quo-
que contra eundem movebat , atque
unacum uxore sua Regina , ceteroque
aulico comitatu Catalaunum usque con-
tendebat , dum interim Montmorantius
Vitriacum processerat , quo loco copiæ
undique confluebant. Recensebat Rex in

